



Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Caput IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75090](#)

*Psa. 37. b
Ex editio-
ne
ver.
Basil.
eodem
Psal.*

*Ibid. d
S. Hilar.
in Psal.
118.*

Apoc. 5. e

Ezai. 22. d

Ezai. 35. a

*Ibid. d
Ex vers.
1xx.
ibidem*

*Ezai. 13. e
Psal. 13. e*

*Cap. iii.
1. Reg.*

tur, quod fecerat, dicens: *Compatuerunt cicari-
ces meæ à facie insipientia mea.* Et item: *Incurvatus
sum, & humiliatus usqueque.* Sed qui nummum
argenteum sibi non sufficere ad oblationem timuit,
panis tortam addere curavit. Nam confitetur, &
dicit: *Rugiebam à gemitu cordis mei.* Rugitus enim
fletum magni doloris insinuat in afflictione pœnitentis. Hunc tortum panem argenteo nummo
socians idem ipse loquitur, dicens: *Quoniam iniqui-
tatem meam annunciaro, & cogitabo pro peccato meo.*
Pro peccato etenim cogitare, est delectationi pœnitentia
dignam carnis afflictionem proponere. Offerendum ergo panem torquebat, qui & flagitia per-
petrata pronuncians, qualiter ea delere posset, cogitabat. Et quia de austerritate conversationis pœnitentibus subrepere aliquando soler cupidus laudis,
intentio verè conversi peccatoris insinuatur per hoc,
quod subditur:

*Dicaturque: Dimitte me, obsecro, ad unam par-
tem sacerdotalem.*

Pars namque sacerdotalis uniuscujusque, est in a-
eterna vita retributio electi. Sacerdotes etenim Dei
omnes electi ejus sunt, quia cùi per oblationem mi-
nisterij sui incessanter serviunt, sacra semper offerre
munera non desunt. Unde etiam illi in regno tri-
pudiantes, dicunt: *Redemisti nos Deo in sanguine
tuo, & fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes.*
Dicere ergo peccatori converto: [*Dimitte me obsecro
ad unam partem sacerdotalem*] est de austerritate
& pœnitentia solam partem aeterna beatitudinis expe-
ctare: ut videlicet securitatem delectationis
inveniat, quam & perenni perfruptione possi-
deat, & post se tortiones pœnitentiae numquam tra-
hat. Quare & subditur:

Vt comedam bucellam panis.

Si enim panis in sacro eloquio pro delectatione
accipitur, bucella panis est indeficiens delectamen-
tum aeterna vita. De quo nimur obiectamento
per Prophetam dicitur: *Gaudium & latitudo inven-
tur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.* Hinc item
jam ad mensam non tortæ panis, sed bucellæ invi-
tatos convivas intuens, ait: *Latitudo sempiterna super
capita eorum, gaudium & exultationem obtinebunt.*
Hinc Psalmista voce correpti pœnitentis pronun-
ciat, dicit: *Nostras mihi fecisti vias vite, adimplies
me latitudo cum vultu tuo, delectationes in dexteratu
nique in finem.* Via etenim vite sunt afflictiones pœ-
nitentiae, quibus nimur à damnatione suis barathro
peccator ad supernam patriam ducitur, dum
pro commissis iniquitatibus sponte cruciatur. Unde
& cùm corréptum se esse peccatorem insinuat, præ-
sumit, dicens: *Tu es Dominus, qui restituisti heredi-
tatem meam mihi.* Et item confidens, ait: *Quoniam
non derelinques animam meam in inferno.* Vie nam-
que vite peccatori nota sunt, quando afflictiones
pœnitentiae ei divinitus insinuantur, quando videlicet
illuminata mente cōsiderat, quam vite amaritudinem
singulis præterita culpæ delectationibus ap-
ponat. Qui nimur cum vultu omnipotens Dei
jucunda latitudo adimpleri gloriantur: quia de mani-
facta divina contemplationis satietae resicitur: &
qui in lâva vite praesentis ad tempus pœnitendo
compungitur, in dextra aeterna vite usque in finem
delectationibus satiat. Qui ergo tortam panis
obtulit, ad bucellæ cōmissionem perducitur: quia
qui amore supernæ vite noxias delectationes cruciat,
in discubitu aeterni gaudii sibi perpetuum re-
fectionem parat. Sequitur:

C A P U T IV.

Per autem Samuel ministrabat Domino
coram Heli.

*Illud autem hoc in loco repetitio ostenditur, quod
de eleo pueri superiori memoratur, ubi dicit: Puer*

A autem Samuel erat minister in conspectu Domini, sup. cap.
ante faciem Heli. Hoc quidem est ministrare Do-
mino coram Heli, quod esse ministrum Domini ante
faciem Heli. Et quia ibi istud, Domino adjuvan-
te, pleniū exposuimus, in iteranda ejus exposizio-
ne penitus non moramur. Verum quia divinus ser-
mo est, qui hoc in isto loco, & in illo loquitur, sine
utilitate rationis nequaquam hoc egisse monstratur.
Pro fastidio itaque lectoris explanationem tacemus,
repetitionis verò causam dicimus ad ejus utilitatem.
Quidam namque prælatorum sanctæ Ecclesiæ ma-
gisterio subdi rudes obedirent; sed cùm paulò alti-
tùs per conversationem proficiunt, in eadem obe-
dientia humilitate nequaquam persistunt. Quos be-
Gén. 15.

B de Agar Saræ ancilla spiritualiter designat, que cùm
de Abraham viro ejus concepsisse vidit, dominam
despicerit. Agar quippe concipit, quando reproba
mens subdi, aut per eruditio[n]em scientia profici-
cere, aut per vitæ conversationem, credit. Quæ pro-
fectò prægnans dominam suam despissere dicitur:
quia jam præsidenti sibi præpositi sui voluntati per
obedientiam subdi dēsignatur. Sed quæ dominam
despicit, ancilla esse perhibetur: quia superbi sub-
jecti, & infirmi sunt per elationem, & ad filiorum
Dei numerum non pertingunt. Samuelis autem
profecitus exponitur: quia superius dictum est:
[*Puer autem Samuel proficiebat, & placebat tam
Deo, quam hominibus.*] Quæ profecito tria qua su-
blimitate conversationis percurrerit, supra exposi-
tum est. Quia ergo etiam nunc coram magistro mi-
nistrare memoratur, quid est, nisi quia electis audi-
toribus formam præberet, ut quæ altiori vita pro-
ficiunt, servare bonum obedientia numquam ob-
liviscantur? Nam tunc verè proficiunt, si ad al-
titudinem meritorum, & fortitudine conantur
operis, & virtute humilitatis. Quo in loco est
aliud, quod notari debeat: quia tunc Samuel cor-
am Heli Domino ministrare ostenditur, quando ipse de filiorum negligentia à Domino objurgatur.
Nonnulli namque subjecti, dum fortitudinis
sua modum considerant, prælatorum suorum ma-
lunt esse severi judices, quam auditores pij. Qui
nimur quia exaggerare & discutere corum vi-
tas consueverunt, si in eorum conversatione vel
leboris delicti maculas intuentur, subdi eorum
præcepto obediendo renunt. Sed verè fortes ex-
isterent, si majorum, quæ infirma existimat, hu-
milater sustinerent. Nam ante Deum ille magnus
per meritum noscitur, qui ei in bono præcepto
subjecit, qui ex parte aliqua venerabilis non vi-
derat. Ecce enim Heli apertæ Dei sententiæ de ne-
gligentia sua perpetrata culpa reprehenditur, sed
puer Domini Samuel coram eo ministrare Do-
mino memoratur: ut profectò apud se colligat,
qualis sit, qui in leviiori culpa sibi prælatum del-
picet, si ei se Samuel obediendo subdidit, quem
omnipotens Deus sui examinis tanta distriktione
reprobavit. Sed quia Heli non valde suprà pec-
antes subditos honorasse reprehenditur, ipsa fa-
crorum ordinum dignitates pensandæ sunt. Nam
rector peccantem subditum, nisi correptum ho-
norare debet: subjectus autem nec tunc prælatum
despicere, cùm se justum, & illum agnoverit peccato-
rem: quia aeternus iudex subditorum iudicium
sancta Ecclesiæ rectoribus tribuit, sed eisdem re-
ctores discutiendos suo examini reservavit. Hoc
tamen ipsum rectoribus valde timendum est, quid
Dei servantur examini: quia tantæ subtiliores ra-
tiones vite, & doctrinæ sue parare debent, quanto
sapienter est iudex, quem sustinet. Nec tanrum
ejus futurum iudicium in futura vite, quasi in
longinquu possum, timeant: ne qui ubique præ-
fens est, incautum feriat de vicino. Negligentes
namque pastores ad evadendam futuræ vindictæ
pœnam, longa vite præsentis spatia ad pœnam

cogitant: sed iudex, qui ubique est, de vicino p̄c̄nitentiam irrogat: quia prius eis lumen contemplationis subtrahit, deinde ad tormenta per mortem rapit. Unde & de eodem Heli, qui paup̄lo inferius, fracta cervice, moritur, subiunctum est:

In diebus illis non erat visio manifesta.

Nam dum rector agenda, qua novit, despicit, agitur cum eo districto judicio, ut agenda non videat: quia implere noluit, quod videbat. Manifesta namque visio negligens pastoris non est, sed amantis. Unde & per ipsam Veritas dicit: *Qui Ioan. 14. diligit me, diligitur a Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.* Claritas namque manifeste visionis, est revelatio amata veritatis. Quae profecto veritas si merito dilectionis ostenditur, iiii, qui torpert à bono opere, dignissime occultatur: quia signum amoris non est in affectione animi, sed in studio bona operationis. Unde & in Evangelio Dominus præmisit, dicens: *Qui habet mandata mea, & facit ea, hic est, qui me diligit.* Quia ergo de negligentiis operis caligo incurritur interna visionis, apte nimis dum de contemptu mandatorum sacerdos arguitur, visio occultata memoratur. Sequitur:

Et sermo Domini erat pretiosus.

Quantum ad sacra historia veritatem pertinet, pretiosum pro raro posuit. Pretiosus itaque sermo erat: quia dum rarus esset, qui summa contemplando cerneret, frequens esse non poterat, qui bona loquendo prædicaret. Quod nunc quoque in sancta Ecclesia fieri videmus: quia dum plerique de revelatione culminis, gloriam affectant honoris, dum sacri ordinis ministeria negligunt, summa, quæ videre nequeunt, subiectis plebeibus prædicare non possunt, atque in eorum familia pretiosus sermo esse cognoscitur: quia raro bona prædicationis hortamenta audiunt, quorum prælati ex desiderio non quarant superna, quæ dicant, sed terrena, quæ agant. Quos profecto sacra Scriptura notat, quæ dicit: *Canes muti non valentes latrare.* Non dixit, non volentes: sed non valentes: quia certè dum mundi gloriam ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente & virtute diligunt, vellent populo sublimia dicere, ut etiam de sublimitate verbi possent gloriam habere. Canes ergo muti volentes latrare, non possunt: quia dum pravo corde terrena meditantur, occulta veritatis, quæ proferant, revelatione nulla comprehendunt. Sed quia quod pretiosum est, magna cum diligentia custodiri solet, potest hoc, quod dicitur: [*Non erat visio manifesta,*] ad carnalium prælatorum negligientiam referri. Quod vero additur: [*Et sermo Domini erat pretiosus,*] ad honorum ardens studium subditorum, cum fideles subiecti eis non habent, qui eis frequenter de thesauro sacri eloquij superna prædicet, hoc tantum, quod aliquando scire poterunt, mira devotione complectuntur; & velut rem ineffabiliter pretiosam custodiunt, dum per bona opera in calo collocant, ubi fures, qui id auferre valeant, nequaquam appropinquant. Unde & in Evangelio de emptore bona margarita dicitur: *Inventa una pretiosa margarita, dedit omnia sua & comparavit eam.* Cum itaque in occultate visionis tempore pretiosus sermo esse describitur electorum, subditorum laudes nunciantur: quia tantò sublimiori gloria prædicandi sunt, quando id bonum, quod de eminentiori loco perit, perfectione magna charitatis in inferioribus remansit. Quorum profecto bona conversatione plerumque agitur, ut ea, quæ occultata fuerat visio, manifestetur, ut qui devote custodiunt minima, scire debeant, quæ faciant, & majora. Vnde & subditur:

A *Factum est igitur in die quadam, Heli jacabat in loco suo, et oculi ejus caligaverant, nec poterat videre lucernam Dei, antequam extingueretur. Samuel autem dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei. Et vocavit Dominus Samuelem.*

Samuel quippe puer à Domino vocatur, quoties ^{sup. c. 2.} humiliis subiectis divini consilij arcana revelantur, & humilitatis suæ merito lumen contemplationis acquirunt, quod superbiz suæ retributione elati prædicatores perdunt. Sed notandum, quia id quādam die factum ostenditur, quia videlicet Heli & in loco suo jaceret, & videre non posse perhibetur. In die namque vocatur, qui pro sua, & aliorum salutis, ad supernæ sapientiæ scienda secreta sustollitur. Quod contra, & Salomon sapientiam in nocte ^{3. Reg. 3.} percepit, ut caligo temporis indicaret, quia eamdem sapientiam non perseveraturus acciperet. Quod intelligi & aliter potest: quia videlicet Heli caligo memoratur. Positione itaque dei, ejus ostenditur magnitudo cæcitatris: quia profecto magnas tenebras habuit, qui in die non vidit. Nunc quoque si ad Ecclesiæ statum respicimus, generalis gratia luminis est. Venit namque, qui vera claritatis radios spargens, dicens: *Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* Et quia interni splendoris ejus gloria ineffabilis est, non dicitur de die isto, vel illo, sed die quādam: cuius profecto dieclaritas non est, claritatis vero magnitudo incognita. Magnas ergo tenebras pastor sustinet, si is, qui Ecclesiæ oculus esse per officium noicitur, in gratia tanta lucis visionem non habet. Quare & ejusdem oculari tenebras per semetipsam veritas magnas ostendit, dicens: *Ipsa tenebre quanta erunt?* Sed jam, ^{Mat. 6. 6.} unde sibi tanta caligo oriatur, insinuat, quia dicit: [*Iacebat in loco suo.*] Locus namque prædicatori standi, non jacendi officium habet. Unde & de seipso Dominus formam ejusdem prædicatoriibus præbet, dicens: *Ego autem in medio vestri sum, Lue. 22. 2.* sicut qui ministrat. Stare enim in medio fratrum, est per laboriosam conversationem se in exemplum minoribus præbere. Stare itaque ad laborem operis pertinet, & ad pugnæ necessitatem. Unde & agonotheta spiritualis certaminis præcipit, dicens: *State ergo succincti lumbos in veritate.* Et quia jacere quiescentis est, in loco prælij & laboris, quietis temponi lequi reprehenditur, qui in loco jacere memoratur. Stare etiam iusti est. Unde & Paulus dicit: *Fide enim statis.* Jacere ergo etiam ^{2. Cor. 1.} ad remissioris vitæ negligientiam pertinet. Tunc itaque Heli jacet in loco suo, cum per lapsum prævitatis reprobus prædicator requiescat in fede iusti. Jacientis ergo in loco suo oculi caligant: quia summa videre nequeunt, qui in arce pastoralis culmina non exequuntur virtutis opera, sed remissioris vitæ blanditiis immerguntur. Qui profecto lucerna Dei jam non veritate laudis, sed per impropterum appellatur derisionis. Nam qui lucernæ Dei appellatione fungitur, & videre non posse perhibetur, deridetur potius tanto nomine, quo censemur. Nam in vera iusti laude dicitur: *Ipsæ erat lucerna ardens & lucens.* Nam veri luminis iubar, quod amando hauserat, loquendo fundebat. Prædicator etiam carnalis, dicitur lucerna per officium, cæca per intentionem: quia dignitate fungitur præbendi luminis, sed mentem fugit in tenebris vanitatis. Cujus profecto consummata perversitas designatur: quia non dicitur, non videbat, sed videbat non poterat. Quare & male arboris mentionem faciens Dominus, ait: *Non potest arbor mala fructibus bonos facere.* Lucerna itaque Dei video non potest, cum is, qui pastorali dignitate præminent, tanta spissitate sacerularis amoris premitur, ut ad in-

^{Eph. 6. 6.} ^{Iud. 22. 2.} ^{Mor. 4.}

Esa. 15. 2.

Mat. 13. 5.

^{2. Cor. 1.} ^{Mat. 7. 6.} ^{Mat. 7. 7.} ^{Mat. 7. 8.}

E *videre non poterat. Quare & male arboris mentionem faciens Dominus, ait: Non potest arbor mala fructibus bonos facere.* Lucerna itaque Dei video non potest, cum is, qui pastorali dignitate præminent, tanta spissitate sacerularis amoris premitur, ut ad in-

ternae claritatis intuitum nulla gratiae inspiratione subbleverit: cum jam videlicet justa Dei indignatione projectus, in caliginis sua cecitate relinquitur, ut ulterius per infusionem superni luminis numquam A
Mat. 22. visicetur. Bene autem dicitur: [*Antequam exinguatur*] Non videre enim, poena peccatoris est in hoc tamen adhuc sacerculo viventis: videre autem non posse, est mortui impij in alio jam sacerulo aeternam poenam damnati. Unde & conditoris iudicio in exterioribus tenebris claudi praecepitur, ut videlicet ad lucis intuitum numquam reducatur. Cum ergo antequam extingueretur, videre non posse dicitur in isto adhuc sacerulo vivens predicator reprobus, damnato jam in perpetuum impi, in cecitate similatur. Extinguitur autem lucerna, cum pastor moritur. Vel certe lucerna extinguitur: quia cum reprobis predicator per mortem carnis interit, quidquid in co-lucere videbatur, de gloria culminis amittit: & velut sola lucerna testa fine lumine remanet, cum ad aeternum iudicium servari persona cogitur, quae omni penitus saceruli fulgore spoliatur. Antequam igitur extinguatur lucerna Dei, videre non potest: quia & meritum futurae damnationis per aeternitatem sua cecitatis possidet, & tamen adhuc coram hominibus per splendorem accepte dignitatis fulget.

Samuel autem dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei?

Bene autem reprobis predicator non dormire, sed jacere dicitur, puer autem subditus & electus non jacere, sed dormire: quia dormire aliquando in bonam partem accipitur, jacere autem fere semper in malam. Unde & Sponsa in Cantico cantorum dicit: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* In sonno itaque pueri perfecti uniuscuiusque electi subditi a pravo opere requies designatur. In templo quippe, & ubi est arca, dormit, qui in caelesti desiderio, atque in sacra Scriptura meditatione occupatus, ad ea, quae ad perverstiam pertinent, non intendit. Quidam namque in templo dormiunt, sed in loco, ubi est arca Dei, non dormiunt: quia non nulli simplices in caelesti contemplatione per amorem requiescant, sed sacri eloquij occulta meditari nesciunt. Samuel, autem, qui non solùm in templo, sed coram arca Dei dormire dicitur, eruditos pariter, & electos subditos designat: quia dum amo-
4. Mor. 30. Et 1. ris sui flammis de sacro eloquio frequentius medita-
Mor. 21. tando hauriunt, ad supernae partiae desiderium ali-
Et 8. quum assumuntur, & velut intima templi ad somnum
Mor. 9. eligunt, dum eò longius separantur a publico ter-
Et 23. reni operis, quo secretius per meditationem recon-
Mor. 20. duntur in sacrario internæ visionis.

Et vocavit Dominus Samuelem.

Vocare etenim Dei, per vim majoris gratiae excitare est. Dormientem namque Dominus vocat: quia à terrena intentione quiescentes, ad augmentum supernæ cognitionis excitat. Nam dum ad ea, quae foris sunt, per solicitudinem vigilamus, interna & spiritualia non sentimus. Repulsi itaque terrena cura, præparatio est nostra ad perceptionem supernæ gratiae: quia in electis fit uberior infusio divini munera, quod mens fuerit purior per custodiā interna meditationis. Sequitur: [*Et vocavit, inquit, Dominus Samuelem.*]

Qui respondens, ait: Ecce ego, & cucurrit ad Heli, & dixit: Vocasti enim me, qui dixit: Non vocavi te, fili mi, revertere et dormi. Et abiit et dormivit. Et adjecit Dominus vocare rursum Samuelem. Consurgensque abiit ad Heli, et dixit: Ecce

ego, quia vocasti me. Qui respondit: Non vocavi te, fili, revertere et dormi. Porro Samuel non sciebat Dominum, neque revolutus ei fuerat sermo Domini. Et adjecit Dominus, et vocavit Samuel em tertio. Qui consurgens abiit ad Heli, et dixit. Ecce ego, quia vocasti me. Intellexit igitur Heli, quia Dominus vocaret puerum, et ait ad Samuelem: Vade et dormi, et si deinceps vocaverit te, dices: Loquere Domine: quia audit servus tuus.

Quid est ergo, quod omnipotens Deus vocationem suam tanta arte insinuat, ut vocati mens teneatur, ne vocantem cognoscat? Deum audiens, magistrum hunc esse hominem putet? Vocationem emitat, & causam taceat? Ite ad magistrum finat, toties ad somni quietem redire, & tamen dormientem quiescere non permittatur? Numquid enim qui ad secreta sua cognoscenda vocavit, quem voluit, voce tantum Heli simili, & non potuit voce, quā voluit? Et qui quando voluit, vocavit, causam vocationis statim indicare non potuit: & qui excitare voluit, ut audiret, nisi per magistrum cum docere non potuit, quemadmodum audire debuisset? Sed hac in re magna omnipotens Deus dispensatione utitur, ut profecto electorum corda dupli eruditione doceantur: quatenus & in superficie historię quod sequantur obedientię bonum, quique subiecti videant, & prælati intuicantur occulta mysteria, quae ad lucem intelligentia discutiendo perdantur. Sed quod primo loco dicendum arbitror, puer, qui loquentem Dominum esse magistrum putavit, vocem corpoream audivit. Non itaque per semetipsum Deūs, sed per Evangelicum spiritum puer locutus est: quia qui non stringitur formā corporā, instrumento corporis non angustatur ad sonum vocis. Quod nimurū & puerili audientia convenit. Nam etiā magna sunt merita inchoantiis subditis: quia tamen adhuc non in perfectione esse, sed in profectu conversationis agnoscitur, ad eam locutionem, quā omnipotens Deus per semetipsum loquitur, non pertinet. Per se quidem omnipotens Deus, summus videlicet & incircumscripsus spiritus magnis viris, & spiritualibus spiritualiter loquitur, cum spirituali locutione eorum mentibus indicat, & agenda, quae agant, & loquenda, quae sciant. Exteriore itaque vocem per Evangelicum spiritum movit, sed gratia sue praesentiā creator spiritus, quae voluit, indicavit. Vocans itaque vocem, dum Heli putatus est, cognitione latuit, ut ad magistrum puer curreret, & dum se non fuisse vocatum audiret, deceptus ostenderet in quanto culmine virtutis staret. Puer ergo humiliiter homini subiectus, atque obedientia ardua arce sublimatus, dum vocatus accessit, jussus redit, quid aliud nobis exemplo præberet, nisi altissima formam obedientię? Vera namque obedientia nec præpositorum intentionem discutit, nec præcepta discernit: quia qui omnē vita sua iudicium majori subdidit, in hoc solo gaudet, si quod sibi præcipitur, operatur. Nescit enim judicare quisquis perfectè didicerit obedire: quia hoc tantum bonum putat, si præceptis obediatur. Sed in tanta perfecta conversationis ejus gloria, vita nostra confunditur. Ecce etenim ad supernam patriam sub ducibus Christiani exercitus profici scirecrevimus, sed opera diversa, etiam si diversis temporibus jubemur, agere murmuramus. Quis enim fœse à murmuratione compesceret, quis ab ira temperaret, si vocatum sis bis, & ter audiatur, & tamen ex vocantis responso perciperet, quia vocatus minime fuisset? Quam profecto desidia nostra caliginem patimur: quia tanta virtutis bonum, qua præmij sui claritate respondeat, non videmus. Unicum etenim bonum est ad recuperationem vite, si inobe-

A dientia culpa malum sufficiens fuit ad perpetrandā mortem. Si ergo in malo inobedientia mors prævaluit, toties vitæ reddimur, quoties obedimus. Puer itaque Samuel nec vocatus, nec repulsus offenditur: quia vocantis aut repellentis animum videre noluit, qui in hoc solo gaudere noverat, quod obediuit. Et quia surgere ad laborem, redire autem ad dormiendum pertinet ad quietem, quid insinuat, nisi quia utrumque nobis vitam præparat, si obedientis animus in eo, quod agit, non nisi obedientia bonum pensat? Præceptum namque in hoc solo pensari debet, quod majoris præceptum est, & qui obedientia bonum exequitur, non injunctum opus debet considerare, sed fructum: quia ad promerenda æternæ vitæ gaudia non exquiritur qualitas operis, sed mortificatio propriæ, & executio alienæ voluntatis. Unde & Paulus ait: *Circumcisio nihil prodest, & presuppositum nihil est, sed observatio mandatorum Dei.* Jam ergo apud omnipotentem Deum nec ea, quæ ad laborem, neque ea, quæ ad quietem pertinent, parvunt, si æternam vitam parare obedientibus possunt. Quisquis ergo alieno imperio subiectus est, hoc solum consideret: quia quod sibi secundum Deum injungitur, valde magnum & excellsum in lucro est menti, quod vitam præparet in mercede retributionis. Quod contrā inobedientes aspiciant: quia primus humani generis pàrens à paradisi gaudio, nec furto, nec rapina, nec adulterio, nec homicidio, sed pomi vetiti inobedientia corruit. Unde & aptè colligitur: quia si parva, quæ videntur, majorum imperia contempnabat internis gaudiis separant, etiam minima, quæ perficiuntur, vitam parant. Operator itaque strenuus vita socialis, & communiter secum Deo servientium plus amulator, si æterni meriti ampliorem retributionem per obedientia bonum adipisci desiderat, in hoc solo se cognoscat excellere, si præ ceteris arbitrio majoris propriam subdiderit voluntatem. Nam nec magna luxura jejunij, nec aspera vita studia devotis Christi militibus in majorum præcepto valde pénfanda sunt. Majoris etenim est meriti charitatis iuncta refectio, jejunio propria deliberatione suscepit. Qui enim iussus carnem reficit, invitus jejuniū præmium devotione promeruit: & ampliorem mercedem obedientia manducando conquisivit. Vocavit ergo Deus puerum, sed voce magistro simili: ut profectò modum suæ locutionis indicaret. Caufam vocacionis tacuit, ut electus puer, qua humilitate obedientia esset, sublimis ostenderet. Itē ad præceptorem pertulit, ut devotionis suæ munus offerret. Redire ad somni quietem sinitur, ut profectò nec ea, quæ sunt minima, contemnamus. Iteratò excitat, ut cum, quem in forma electorum ponere volebat, ostenderet: quia nec imperiorum instantia fatigaret. Per eum, qui reprobandus erat, audire, quemadmodum debuisset, didicit: ut profectò sciamus, quia majorum imperia tunc etiam veneranda sunt, cum ipsi laudabilem non habent vitam: quia eorum doctrina, qua prava operatione potest superbis vilesse, humiles auditores facit ad divinę familiaritatis celistitudinem pervenire. Sed quia sequitur: [*Porro Samuel nec dum sciebat Dominum.*] & superius ministrale Domino perhibetur, valde contrarium videtur esse, quod dicitur: quia nescire non poterat, cui ministrabat. Quis enim ei serviat, quem ignorat? Sed profectò per id, quod subiunctum est, liquet id, quod sonat contrarium, quia intelligi convenientia rationis debeat. [*Neque revelatus ei fuerat sermo Domini.*] Per quod nimur datur intelligi: quia quem amore & ministerio noverat, sermonis ejus revelatione nesciebat. Nondum enim sic vocare audierat, quem se cognovisse & devotione ministerij, & virtute testabatur amoris. Sed in conversatione fidelium convenienter accipitur: nam plerique sub aliena institutione bene proficiunt, qui novita-

A tis sua tempore omnipotenti Deo ministeria persolvunt; & tamen puritate contemplationis ad interna pulchritudinis ejus speciem non pertingunt. Qui cùm subjectionis sua merito etiam donum diuinæ contemplationis accipiunt: & experientia interna visionis intelligent, quia si nondum sciebant, cui ministrabant. *Quod bene Jacob ad accipiendo conjugem proficiscens, desiguit, qui post laborem itineris, per soporem quieti Dominum vidit, sed à somno evigilans, ait: Vnde Dominus est in loco isto?* *Gen. 28.*
Ego nesciebam. Neque enim illuc esse Dominum, d' antequam dormiret, dubitare poterat, qui esse hunc ubique sentiebat, sed quia tunc eum perfectius dicit, ignorasse se illum perhibuit, cum familiarius non agnovit. Via namque, qua ad conjugem pergitur, intentio devote obedientie est, qua fecunditas interna caritatis consequi desideratur. Jacob itaque dormit in via, cùm fidelis subiectus maligni spiritus supplantator, per laborem obedientie ad quietem suscipitur interna visionis. Qui profectò tunc Dominum se agnoscere faciebat: quia dum eam, ad quam noviter est assumptus, interna lucis miratur speciem, quantum ante nescierit, experientia revelata pulchritudinis agnoscit. Fide etenim, velut fama, Deum cognoscimus: amore autem contemplationis is, qui fama innovit, nobis velut ex ostensione praesentia revelatur. Bene autem per obedientiam proficiscens subditus, dum ad contemplationis altitudinem ducitur, dudum ignorasse Dominum perhibetur: quia is quasi ex praesentia veritate invenitur, qui fama velut incognitus, & non praesentia, velut cognitus, ante videbatur. Sed quia separatum dicitur: [*Nondum sciebat Dominum, neque revelatus ei fuerat sermo Domini.*] potest subtilius intelligi. Nam in una eademque interna Dei contemplatione, & mira caritas contemplanti infunditur de fructu tanta gloria, & stupor magnus in secreti verbi revelatione. Quidam ergo Dominum scieunt, & sermonis ejus revelationem percipiunt: quia & mira dulcedine replentur, ex ea, quam ex confuetudine hauriunt, infusione tantæ caritatis, & magnâ erudiuntur sapientia revelatione verbi. A nonnullis vero scitur Dominus, quibus sermo Domini nequaquam revelatur: quia simplices quique, sed magna conversatione perfecti viri, contemplationis diuinæ gloria ineffabilem quidem amoris dulcedinem contemplando percipiunt, sed tamen ad revelati verbi ejus altitudinem non pertingunt: quia ad amantium ordinem assumpiti sunt, non ad colistudinem prædicationis. Revelatur quidem ei verbum, ut ametur: & ne prædicetur, absconditur. Bene autem de eo, qui ad ministerium prædicationis elevatur, dicitur: *Nondum sciebat Dominum, neque revelatus ei fuerat sermo Domini:* ut dum ea, qua nondum habet rudis, insinuat, quibus bonis arti prædicator debeat, patenter offendat. Nam qui illam intimi amoris virtutem nondum percepit, profectò omnipotentem Dominum, quem fide velut fama novit, praesentia illius magna caritatis nescit. Et si ardenter diligit, & arcana mysteriorum discutere per spiritum nondum novit, jam quidem Dominum cognoscit, sed ad sermonis ejus revelationem non pervenit. De obidente autem puer statim subditur:

Abit ergo Samuel, & dormivit.

Jam quippe ad divinę locutionis notitiam puer instructus mittitur, cùm electus subditus majoris consilio ad spiritalia cognoscenda preparatur. Et dormire quidem ei est in desiderio æternæ vitæ quiescere, cùm videlicet anima jam sola superna sicuti cuncta praesentia in dedicatione sunt: ut quod studiosus ab intentione sua corporeum omne repellitur, amore invisibilium abundantius repleatur. Et notandum, quia jam quater ad somni quietem redire præcipitur:

quia dum negligenter utimur isto saeculo circa visitationem, opere, locutione, & cogitatione vigilamus. Ter ergo dormire praecipimur. ut ad cognitionem supernorum per quietem operis, oris silentium, & cogitationum superfluarum abjectionem præparemur. Quarto autem loco ad somnum mittimur, cum majorum nostrorum licentia, ab utili etiam ministerio cœlare praecipimur: ut dum nullâ præpedimus curâ sollicitudinis, totam se mens colligat ad intuitum supernæ visionis. Et notandum, quia quiescentem puerum, nescientem Heli, Dominus excitat, sed tamen excitato, nisi eodem Heli praepiciente, vocationis sua causam nequaquam manifestat: quia electos subditos occulta inspiratione ad supernæ patriæ desiderium erigit; sed per quietem vocare eos ad eam, quam diligent, patriam sine majorum licentia non permittit. Quia ergo quoties vocatur puer, toties ire ad magistrum finitur, quid est aliud, nisi quia ipsa divinitus inspirata subiectorum desideria majorum iudicio submittuntur? Opus namque subiecti divinitus inspiratum, tunc Deo gratum esse cognoscitur, si majoris imperio aut permissione peragatur. Quater ergo vocatur puer à Domino, quater somni quies praecipitur à magistro: quia ad temperamentum operis, silentium oris, abjectionem internâ sollicitudinis, cessationem ministerij, pro amore secretioris vita per divinam inspirationem succedimus, & tamen amoris nostri desideria adimpleri sine majorum nostrorum permissione prohibemur. Vocab itaque Dominus, & vocationis causam tacet, ut permittente magistro semetipsum vocato subiecto inficiat. Nam qui non iustò audire, postquam vocavit, siluit, ubi doctor homo præcepit, vocans Deus vocationis causam indicavit. Sequitur enim:

Abit ergo Samuel, & dormivit in loco suo. Et venit Dominus, & stetit: & vocavit, sicut vocaverat secundo, Samuel. Et ait Samuel: Loquere Domine: quia audit servus tuus. Et ait Dominus ad eum.

Quibus profecto verbis, quia de incorporeo, & invisi bili divina substantia illud dicitur, quod ad corpus pertinere cognoscitur, necesse est, ut rationabiliter intelligatur. Nam quid veniat, qui ubique est? Quo pacto stare, & loqui dicitur, qui corpora substantia non formatur? Sed in illa omnia dictante substantia, ponuntur verba inopia nostra, per que surgere valeamus ad cognoscenda mysteria operationis sua. Nam venire Domino, est praefixa gratia sua corda electorum tangere: stare ejus, est manenti ejusdem gratia sua dono, eas, quas tangit mentes, inconcessa gratia sua dono retinere. Voca re autem ejus, est electam mentem ad augmentum majoris gratiae excitare. Venit namque Dominus, & non stat, cum corda negligentium tanguntur per gratiam, & tamen in affectu, & amore tangentis gratiae nequaquam perseverant. Velut enim præsens, est veniens, & non stans, recedens, cum ex praesenti tactu divinae gratiae, repente bona facere propoundit, & statim derelicti, ejusdem boni propositi intentionem deferunt. Quod si ad vim contemplationis referatur, venit, & stat Dominus, cum electorum corda & repente per gratiam tangit, & tacta repente non deserit, ut veniendo visitet, stando confirmet, & qui ad gaudium sibi dilecta mentis ostenditur, non recedat ipse prius, quam illa videndo satisfierit. Sed quia stare dicitur, discessurus quandoque designatur: quia eti aliquando electas animas in sua revelatione per aliquantulum moram satiat, praesentia sua dulcedinem subtrahit, ut subtraham arditius concipiatur. Venit ergo Dominus visitans, stat suaviter se demonstrans, vocat ad amorem offensæ sua gloria per ardenterissimum desiderium existans. Unde & toties excitatus puer repetito nomi-

ne vocatur: quia vocatio ex nomine designat affectum magnæ charitatis & familiaritatis. Unde & Moysi loquitur, dicens: *Novi te ex nomine. Vocatus igitur nomen iteratur, cum in magnam jam familiariatem interne majestatis mens videntis excipitur, & ferentibus desideriis ad amorem se vocantis elevatur, ut præter id quod audit, nil libeat, atque in letitia auditus sui immorari perpetuo concupiscat. Unde & hic aperte subiungitur: [Ait ergo Samuel: Loquere Domine, quia audit servus tuus.] Qui ergo, loquere, posuit, ex necessitate conclusit. Quatenus in verbis apertioribus dicat: Ego responde, Loquere, qui aliter respondere non potui. Nam quid aliud desiderare potest mens in illo gaudio loquentis majestatis assumpta: Dicere enim menti Deo, Loquere, illam ineffabiliter dulcem locutionem semper audire, desiderare est. Dicit ergo: Loquere, qui veller ut numquam taceret. Unde & subditur: [Quia audit servus tuus.] Quasi dicat: quia hoc quod experientia interni affectus excipio, æterna frui perceptione concipiisco. Petit ergo ut loquatur, qui hunc numquam in internis suis affectibus silere desiderat, ne qui tam sublimi exultatione Domino loquente sustollitur, ad proferendas damnatae humanitatis angustias, eo tacenti deponatur. Nam si à corruptione nostrae tenebris, ipso loquenti, afflumur, cum nobis per subtraktionem gratiae tacet, eisdem tenebris subjugamur. Merito igitur tanto subiectus culmine, Domino dicit: [Loquere.] Quia eo interni auditus gaudio sibi complacet, quo in exterioribus suis nihil placet: & manere cum colloquiente secum tantò ardentiūs cuperet, quanto ad infirma sua libentius numquam deponi voluisse. Etiam, auctore Deo, cum Domino dicimus, loquere, ipso donante dicimus, sed tamen quo affectu id ei perfectiores electi dicant, dicere non valemus: quia quod desiderij est ineffabilis, non exprimitur locutione rationis. Quem profecto affectum bene Petrus insinuat, qui cum transformato Domino in monte assisteret, refugientemque faciem ejus, sicut sol, cerneret, & ad instar nivis albentia vestimenta ejus conspexisset, ait: *Bonum est nos hic esse, si vis, facias. Mat. 10. 41. mus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Helia unum. Qui enim dicit: Bonum est nos hic esse, si posset, ab illa visione tanta gloria numquam deponi voluisse. Dunc enim dicit Petrus: Domine, bonum est nos hic esse: & Samuel dicit: [Loquere Domine, quia audit servus tuus.] Voces quidem diversæ sunt, affectiones æquales. Hoc enim significat Petrus in monte, transfigurato Domino, quod Samuel à veniente, àstante, & stante Domino secundò vocatur. Sed eti quasi nesciens Petrus quid diceret ab Evangelista reprehenditur, huic ramen sensui contrarium non videtur. Evangelista quippe non affectum Petri, sed rationem reprehendit: quia cum Domino assumptus in gloria seorsum, sic esse semper cupiebat, & pro redemptione communi eum ad ignominiam crucis descendere solebat. Nesciebat ergo quid diceret, sed ardenter, quod videbat, amat: quia profecto tantum bonum videbat, quod sic non amari nullatenus poterat. Unde eti juſe Petrus reprehendit, ei tamen rationabiliter indulgetur: quia amore tanta majestatis per fruitionem vicebat. Verumtamen cum de dicendi ignorantia Petrus arguitur, ejusdem ignorantiae causa memoratur. Nam subdens Evangelista, ait: *Erant enim timore exterriti. Illa enim interna majestatis ineffabilis pulchritudo electam mentem, cui se deletabiliter ostendit, aliquando mirabili pavore concurrit, ne de visionis magnitudine ad elationem prosiliat, si eam, quam blanda contemplatio ad tam summa evicit, prosector suis spiritus timoris moderamine non refrænat. In una quidem, & eadem revelata gloria visione, & bonitas Redemptoris aspicitur ineffabiliter blan diens, & æquitas illius ineffabiliter terrens: ut quid videntis***

videntis animus de respectu Dei bonitate dulcissimus A pascitur, consideratione aquitatis territus caveat, ne inaniter fatetur. Unde & Samuel, cum ad diuinam locutionis familiaritatem sustollitur, ei non leta de electorum profectu, sed de magnorum defectu terribilia nunciantur. Nam subditur :

Et ait Dominus ad Samuelem. Ecce ego facio verbum in Israele, quod quicumque audierit, tinnient amba aures ejus.

Inter dona quippe sublimia electa mens eadē cautius ab elatione compescitur, quod per omnipotentis Dei justitiam etiam illos repulso aspicit, qui donis sublimioribus fulti esse videbantur. Quare & de verbo, quod facturum se esse Dominus minatur, tinnire aures audientium prædicuntur. Aures quippe corporis tinniunt, quando intolerabili sonitu imperuntur. Nam cùm ultra auditus capacitatem ei clamor infunditur, hunc, quem officij angustia sonitum rejicit, in tinnitus convertit : quia dum per aurium antea vox sibilat, quae infusa simul, ad interiora non intrat. Ad aures verò mentium intolerabilis clamor est alius magni repulso prædictoris. Clamoris ergo effusæ magnitudo non capitur : quia dum sublimia dona prædictori reprobo concessa recoluntur, quo divinæ equitatis examine projicitur, ignoratur. In tinnitus ergo aurium effusæ vocis magnitudo convertitur : quia etsi quo Dei iudicio fiant, mentis intentione non capitur, dum diu per considerationem pensatur, corda considerantia timore consternantur. Veler enim de clauso magnæ vocis sonitu aures tinniunt, quando de diu considerata magnorum virorum reprobatione, justorum corda pertimescant. Sed ambæ aures tinnire referuntur, dextera videlicet, & sinistra. Et quia per dexteram æterna vita, per sinistram verò præfens designatur, & per aurem ea, quæ dicuntur, audimus : quid per sinistram aarem, nisi intentionem pia operationis : & quid per aarem dexteram, nisi intentionem superne visionis accipimus ? Ambæ itaque audientis aures tinnunt : quia cùm summorum virorum ruina ostenditur, electorum intentio utraque turbatur : quia & parenti corde ad contemplanda æterna se erigunt, & sine ingenti formidine temporalia non disponunt. Hunc namque aurium tinnitus passus fuerat, qui Domino loquebatur, dicens : *Infiniata sunt montes Dei, iudicia tua abyssus multa. Montes quippe Dei, summi & electi vii intelliguntur. Quibus profecto montibus Dei iustitia æquatur, cum ardua ejus mandata opere perticiunt, sed tamen divina iudicia abyssus multa sunt : quia etsi in sanctorum virorum oculis recta sunt ea, quae agunt, ante omnipotentis Dei oculos qualia sunt, scire non possunt. Unde & bona, quæ prævalent, incessanter agunt, & super se tonant illam iudiciorum abyssum pertineant : quia de facto Domini verbo, quod audiunt, tinnitus magni terroris eorum corda quauiuntur. Aptè autem non nisi audientium aures tinnire prædicuntur. Nam & in Evangelio hoc admonet, dicens : Qui habet aures audiendi, audiat.*

Ecc. 8.4 Qui enim tota intentione ad ea, quæ foris sunt, vigilant, hunc timoris tinnitus nelicit : quia super te divinorum iudiciorum altitudinem nequaquam pensant. Sed ecce, qui subilia Dei iudicia super se pensare nolant, de eo iudiciorum sententiae quam acuta replicantur. Nam subdens dicit :

Prædixi enim quod iudicaturus essem dominum ejus usque in eternum propter iniuriam, & quod noverat filios suos indigne agere, & non corripuit eos. Idcirco iuravi domui Heli, quod non expietur iniurias domus ejus victimis, & muneribus in eternum.

Quia enim plerumque justæ severitatis sententia S. Greg. Tom. III.

A per clementiam temperatur, magnæ distinctionis hoc iudicium est, ubi animadversionis sententia replicando afficitur. Prædixit enim superius Heli, cum per virum Dei, suppresso nomine, dejectionis ejus sententiam nunciavit. Quia vero & nunc idem se acutum jurat, profecto damnationis iudicium replicat. Quia in re etiam notandum est : quia qui iniquæ agentes filios non corripuit, iniuriam fecisse reprehendit : quia in æternum victimis & muneribus nequaquam expietur. Quæ ergo erit distinctionis iniquitatis propria, si irremedialis culpa est negligencia curæ alienæ ? Nam si subditorum peccata incorrepta perenni reatu nos obligant, audacia iniquitatis propriæ, quibus nos pœnis ligat ? Merito ergo audientis aures tinniunt : quia nimis electorum mentes, quæ hoc attendere considerant, de tanta distinctione contremiscunt. Merito audientis hoc aures tinniunt, quia profecto immensitatem clamoris habet, quam electa corda vix sustinent. Et dextera quidem audientis auris tinnit : quia etsi perfectionis sue merito se quisque ad superna contemplanda erigit, tamen de vita sua celitudo non confidit. Sinistra etiam auris tinnit : quia etsi dono scientie haberet, ut temporalia quis perfectè ordinet, tamen de perfectione ministerij sui fiduciam nullam habet. Inter dona quippe sublimia verbum audiunt, de cuius clamore auris utraque tinnitus patitur, sub quo donec ista incertitudinis vita ducitur, pavere non desinit. Unde & aptè subjungitur :

C. Dormivit Samuel usque mane.

Usque mane enim dormit, qui quoisque venturi Redemptoris splendor appareat, in incœpta bona operationis conversatione requiecit. Usque mane dormit, qui tota præsentis vita nocte per propositum inchoatae iustitiae expectat, ut ad gaudium emeritæ retributionis claritas sibi promissa Redemptoris effulget. Verbum enim promissum in Israël audivit, de quo aures ejus tinnire non desinunt : quia de conspectu distinctione divinæ iustitiae timoris spiritum habuit, sub cuius pondere ad seculi amorem evigilare non poterit. Sed fortasse usque mane dormire dicitur, pro tinnitus auris dextera. Nam dextera auris tinnit : quia dum perfectus interioris vita amat de perfectione contemplationis dubitat, magis ac magis proficeret in ea, quia cœpit vitæ sublimitate, appetit. Sed quandiu in hac mortali carne sumus, maligni spiritus ad summam tendentibus infidianter, & ut eos ab internæ gloriae visione retrahant, ineptarum cogitationum fragmenta congregant, quæ internis eorum oculis proponant. Bene itaque dicitur : *[Dormivit Samuel usque mane.] Tentatio immunitorum spirituum nox est : qui verò usque mane dormit, oculos tota nocte non aperit. Dormit ergo in nocte, qui figmenta dæmonum deditur aspicere in tentatione. Tota nocte etiam dormit : quia caliginosa tentationis non vincit, sed viriliter sustinet, donec per adventum gratiae, claritatis supernæ luce visiter. Et tunc profecto velut mane evigilat : quia oblectamento refusi sibi post tenebras luminis hilarificat. Quasi evigilans quippe tunc oculos aperit : quia lucem, quæ resurgit, lætanter aspicit, qui aspicere sibi illatas tenebras non curavit. De tinnitus quidem dextera auris obtinet, ut qui supernis innititur, videre reproba dignetur, & certitudinem sui profectus insinuat, dum quod pace proficit, per aperte & violenta bella non perdit. Sequitur :*

E. timuit indicare visionem Heli.

Illiad namque ei indicare timuit, quod sibi Dominus offendit, ut temeritatem humanae audaciei reflectaret vigore disciplina. Quidam namque adeo sunt præcipites, ut ad prælatorum suorum reprobationem facile prouant, atque eorum erratibus minori futura supplicia non pavescant. Qui nimis, G

quia sanctæ Scripturæ morem nesciunt, loquentem A fibi Dominum nequam audierunt. Nam quibus omnipotens Deus loquens, prælatorum suorum personas insinuat, ea, quæ audierunt, eis dicere formidant. Hinc ergo præpositorum suorum reprehensoriæ colligant, quanta se inconsideratione præcipient, & lapsus sui profunda pertimefcant. Si enim ij, quibus omnipotens Deus loquitur, prælati suis loqui metuunt, ij, quibus nequam locutus est Deus, recedere se sub lingue sue silentio quanto terrore debuerunt? Timor ergo Samuelis non pavorem servilem insinuat, sed reverentiam debitam culmini pastorali. Nam etiæ negligens prædicatori reprehensionem, & minas ex reatu meretur proprio, timorem reverentiae exigit ejus ordinis celitudo. Sequitur:

Aperuitque ostia domus Domini.

Quidnam est, quod is, qui loqui timuit, domus Domini ostia referavit, nisi quia obdere non erubuit, qui indicare tristia expavit? Nam superius dictum est: *Samuel dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei.* Puer enim, qui in templo Domini dormisse, & nunc ejusdem aperiæ ostia dicitur, injunctum ministerium habuisse ostenditur, ut horis congruentibus aperiat ostia, & obseraret. Qui ergo visionem indicare expavit, & ostia domus Domini aperuit, reverentiam magistro dupliciter impedit, videlicet cura ministerij, & custodiæ locationis. Quam profecto loquendi custodiæ quam districte renuntiat, ostenditur, si ea, que sequuntur, subtiliter attendantur. Nam repente subinfertur:

Venit ergo Heli ad Samuellem, & dixit: Samuel fili mi. Qui respondit: Presto sum. Et interrogavit eum: Quis est sermo, quem locutus est Dominus ad te: oro, ne celaveris mihi. Hac faciat tibi Deus, & hoc addat, se absconditis à me sermonem ex omnibus, qua dicta sunt tibi. Indicavit ergo ei Samuel universos sermones, & non abscondit ab eo.

Qui enim tantâ imprecationis instantiâ ad loquendum coactus afferitur, magna districcio silentij obligatus fuisset declaratur. Et quia non tam pro custodia puritatis, quam obstinatione proterviae quidam tacere subjecti solent, Samuel electi subdit formam ostendit, qui reverenter tacuit, sed tacere loqui jussus expavit. Itaque gemina luce conversatio[n]is eni[us]tum, dum qui filialis timoris virtute siluit, loquendi utilitate loquendo conquisivit. Sequitur:

Et ille respondit: Dominus est: quod bonum est in oculis suis, faciat.

Qui simplicius, quam debet, istam Heli responsionem considerat, tam recte hunc respondisse, quam humiliter putat. Nam sicut auditur exteriori, quid humilius respondisse potuit qui reprobationem suam audivit, & minanti Deo, immo reprobationis sua sententiam promulgavit, quidquid de se facere vellet, obtulit. Sed profecto ista responsionis humilitas si subtiliter inspicatur, vera humilitas non est. Vera namque esse cognoscitur, qui bonum obedientia in majoris imperia consequenda comitat. Verè itaque esset humilius, si lese ad emendationem culpe, pro qua arguebatur, obtulisset. Sed & fortasse verius esset humilius, si reprehensus nequam responderet, sed neglectam correptionem scelestis filii adhiberet, si vel tunc pastorali zelo infisteret, & flagitiosorum sacerdotum sclera digna ultione vindicaret. Dum ergo dicit: *[Dominus est: quod bonum est in oculis suis, faciat]*, electionis sue verbum aperiens prout ille cognoscitur, quam responsionem humiliatis: quia nimirum potius elegit minarum Dei causas incurrere, quam de perpetratis iniquitatibus filios con-

dennare. O quanti sunt adhuc imitatores Heli, qui cùm mirantib[us] sibi omnipotentem Deum quotidie de sacro eloquio sentiant, & tamen hominibus dispiçere trepidant, & divina indignationis minas incurtere non formidant: & dum inimicitias hominum, velut implacabiles metuant, de Dei misericordia etiam peccando confidunt. Sed inordinata fiducia apud omnipotentem Deum vindictæ locum habere potest, indiligentiam verò obtinere non potest. Incorrupto enim peccatori, & in culpa sua proposito perduranti, quid est de minanti sibi Deo dicere: *[Dominus est: quod bonum est in oculis suis, faciat]*, nisi de ordinatissima Dei misericordia inordinatè confidere? De omnipotenti etenim Dei misericordia ordinatè confidit, qui hoc, quod peccando delinquit, pœnitendo corrigit, flendo tergit. Peccare ergo, & de Dei creatoris clementia presumere, pallio iustitiae ejus exponi est. Sic nimirum peccata perpetrata non tergere pœnitendo, & de Dei misericordia presumere, in judicium districcionis ejus offendere est. Dum ergo Heli vita in reprobatione prædicatorum forma describitur, non solum culpa lapsus ostenditur, sed etiam culpa in præcipitatione securitas. Nam qui timore pœnitentie, divinae indignationis magnitudinem placare potuit, dum negligit quod audivit, incurrit quod meruit. Omnipotens enim Deus, etiæ equitate justus est, abundanter tamen creditur miseratione pius. Unde & per Prophetam dicitur: *Miserationes ejus super omnia r[ef]f[er]it opera ejus.* Hinc est id, quod per Jonam prophetam *l[oc]on. 3. a* Ninivitis minas subversionis protulit, & tamen pœnam evertendæ civitatis pœnitentibus indulxit. Hinc estenim quod Ezechiel regi per Prophetam oraculum mortis pœna promittitur, sed quia rex mori metuens, coram Domino se pœnitentia lacrymis afflitit, mortem, qua moreretur, apud eum, quem timuit, non inventit. Et supra quidem se Dominus locutum fuisse asserit, ut dominus Heli & patris eius in conspectu suo usque in sempiternum ministaret, sed qui de bono agente, bona locutus fuerat, de domo reproba jam effecta, sententiam permutavit, dicens:

Nunc autem absit hoc à me.

Si ergo bona promissa revocat omnipotens Deus: quia ij, quibus promiserat, male permurantur, quantum magis minarum effectus retrahit, cùm bene versos eos aspicit, quibus pro admisis iniquitatibus pœnam animadversionis intimavit? Quid ergo ad hæc dicimus, qui quotidie delinquimus, atque in reatus nostri obligatione securi sumus? Hoc igitur ipsius, quod districcio[n]em divine iustitiae non tenemus, nobis valde timendum est: quia ecce, qui divina indignatione projicitur, pro culpa perpetrata negligit, nullo timore follicitus fuisse perhibetur. Sed quia ad timorem reprobi prædicatoris repulsionem novimus, electi profectum audiamus. Nam sequitur:

Crevit autem Samuel, & Dominus erat cum eo.

Hoc profecto si ad historiam legitur, crevisse puer Samuel aetate corporis designatur: si verò ut cetera spirituali investigatione ista perquirimus, cum eo Dominus esse describitur, qui crevisse memoratur. Crecit autem qui in virum perfectum mentis aetate proficit. Unde & per Prophetam de electis proficientibus dicitur: *Anbulabunt de virute in virtutem, videbuntur Deus deorum in Sion.* Hinc Paulus ait: *Donec occurramus ei in virum perfectum, in mensuram atatis plenitudinis Christi.* Verum nonnulli sunt, qui dum virtutibus crescent, elatione corrunt. Hi nimirum crescere videntur, sed tamen cum eis Dominus non est: quia à se cum, alta sentiendo de se, ejiciunt, quem in profectu virtutum positi, per humilitatem secum habere potuerunt. Vel si per exteriorem

Ef. 38. a

de Ge-
nesi ad
lis-
tam. L.G.
cap. 17.

P[er] 85. d
L[oc] 4. c

dignitatem creuisse intelligitur, Dominus cum eo esse memoratur: quia profecto plerique in humiliori ordine religiosi sunt; sed cum subito ad culmen dignitatis pervenerint, prima opera cum humilitate derelinquent. Samuel igitur & proficit, & proficiens Dominum secum habuit: ut profecto electorum prædicatorum morem præferret, qui cum dona, & dignitates, quibus præfunt alii, asequuntur, de semetipsum placere Deo non negligunt: & ex eo illa, quae pro aliis accepert dona, multiplicant, unde in semetipsum ostendunt bonum, quod in eis loquendo propagare concupiscunt. Quare & subditur:

Et non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram.

In terra quippe verbum prædicatoris cadit, cum ex reprobatione prædicatoris conversatione vilescit. Unde & Veritatis vox dicitur: *Ad nihil valer ultra, nisi ut mittatur foras, & concultur ab hominibus;* Et notandum, quia ex omnibus verbis ejus non cecidisse in terram dicitur, ut profecto prædicatori nihil agere licet, quod licet reprobare. Nam quid agi prohibet, si profecto si agit, verbum in terram cadit: quia dum a loquente contemnitur, hoc audientes nequaquam venerantur. Verbum namque aliquod in terram cadere prohibebat Dominus, cum negligentibus prædicatoribus negligenter sua verbum exponebat, dicens: *Quicunque solerit unum ex mandatis isti minimis, & docerit sic homines, minimus vocabitur in regno calorum: qui autem fecerit & docuerit, magnus vocabitur in regno calorum.* Mandatum namque nec minimum prædicator solvit, cuius verbum ex verbis omnibus in terram non cadit. *Dum autem ex omnibus verbis Samuels, verbum in terram non cecidisse dicitur,* cuius mores insinuat Samuel, nisi qui merito & prædicationis & operis magni sunt in regno calorum? Itaque ex omnibus verbis ejus in terram non cadit: quia omne, quod altum sancte Ecclesia perfectus prædicator loquitur, ab eo etiam sublimi prædicatur conversatione; cum velut in ardua specula positus, & sapientes verbo erudit, & simplicibus iter, per quod ad aeternam patriam ingredi debeant, operibus ostendit. Unde & subditur:

Et cognovit universus Israel à Dan usque Bersabee, quod fidelis Samuel propheta esset Domini.

Quid enim per Dan, nisi simplices, & quid per Bersabee, nisi sapientes designantur? A Dan usque Bersabee fidelis Samuel propheta Domini recognoscitur, quando electi prædicatoris vita simplicibus ad salutis exemplum proponitur, & sapientes per doctrinam ejus sancte Scripturae arcana revelantur. Quia vero Bersabee putes septimus interpretatur, possum per Bersabee non solum sapientes, sed etiam justi designari. Putes enim septimus quid est, nisi gratia Spiritus sepiiformis? Per Dan peccatorum vita ostenditur: quia per veterem Prophetam dicitur: *Fiat Dan coluber in via, cerasus in semita, mordens rugulam equi, ut cadat a sensore ejus retro.* A Dan itaque usque Bersabee Samuel Domini propheta cognoscitur, dum electi prædicatoris vita, atque doctrina, peccatoribus est venerabilis, & justis: ut in eo videlicet & lapsi bonum videant, in quo se pœnitendo corrigit, & boni mirentur vita celstitudinem, ad quam quotidie proficiendo convalescant, sequitur:

Et addidit Dominus, ut appareret in Silo.

Superius de tempore reprobri pastoris dicitur: *In diebus illis non erat visio manifesta.* Cum itaque ex sacro eloquio optimus prædicator ostenditur, apparet iterum Dominus perhibetur: quia nimis rurum ca-

Gen. 49.

*E*st. *Fiat Dan coluber in via, cerasus in semita, mordens rugulam equi, ut cadat a sensore ejus retro.* A Dan itaque usque Bersabee Samuel Domini propheta cognoscitur, dum electi prædicatoris vita, atque doctrina, peccatoribus est venerabilis, & justis: ut in eo videlicet & lapsi bonum videant, in quo se pœnitendo corrigit, & boni mirentur vita celstitudinem, ad quam quotidie proficiendo convalescant, sequitur:

Et addidit Dominus, ut appareret in Silo.

Superius de tempore reprobri pastoris dicitur: *In diebus illis non erat visio manifesta.* Cum itaque ex sacro eloquio optimus prædicator ostenditur, apparet iterum Dominus perhibetur: quia nimis rurum ca-

S. Greg. Tom. III.

Agnitio divini consilij, quæ absconditur reprobis, puritatis merito revelatur electis. Si enim & hominum consilia nisi familiaribus non creduntur, omnipotens Deus secreta sua dispositionis estimandus est suis patens facere inimicis. Prius ergo justi doctoris vita prædicatur, deinde addidit: ut appareret Dominus, dicitur: quia profecto divinæ lucis ostensio reprobos & factos fugit, quæ se electis, & mundis cordibus aperit. Unde & per semetipsam vera lux loquendo, nos illuminat, dicens: *Beati mundo corde, Mat. 5.8 quoniam ipsi Deum videbunt.* Igitur, ut appareret Dominus, addidit: quia mundum prædicatoris sui oculum vidit. Sed cum addidit: [*Vt appareret in Silo,*] in codem loco illum apparuisse vice alia designatur. Quia autem dixit, ubi apparuit, ne Heli apparuisse crederetur, subsequenter & personam ejus, cui apparuit, ostendit, dicens:

Quoniam revelatus fuerat Dominus Samuelem in Silo, iuxta verbum Domini.

Tunc namque se ei revelavit, cum ei secretum sui consilij, de repulsione reprobri prædicatoris aperuit. Quod profecto juxta verbum Domini factum assurrit, & hoc, quod non valde superius per virum Dei ad Heli dictum fuerat, etiam secundum historiam impletum esse sentiatur: *Et suscitabo mihi sacerdotem fidem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciat, & ambulabit coram Christo meo omnibus diebus.* Et item: *Videbis emulum tuum in templo, in universis prosperis Israel.* Quod si iuxta spiritum intelligentiam perscrutamur, quomodo addit Dominus, ut electis appareat, nisi quia qui electos suos de contemplatione iustitia sua mirabiliter terret, etiam de ostensione glorie ineffabiliter demulcer. Qui enim apparendo iustus, corda Sanctorum terrore concutit, ut appareat, addit, quando cordi territo dulcedo refunditur sua pietatis. Hinc est enim, quod Moysi non semper in igne apparuit, sed in igne aliquando, aliquando in nube. In igne quippe terror judicij est. Unde & de secundo Redemptoris nostri adventu per Psalmistam dicitur: *Ignis ante eum praebit, Ps. 49. f & in circuitu ejus tempestas valida.* In nube autem protectionis miserationis exprimitur: quia ejusdem protectionis sua blandimentum electis suis promittens Dominus, ait: *Tunc videbunt Filium hominis Mar. 13. c venientem in nube.* In igne itaque & nube per defter- Lue. 21. e ta gradientibus Dominus appetet: quia mentes contemplantium in hac exili peregrinatione, eti aliquid terret de iustitia, pavore dejectas erigit blandimento protectionis. Dominus itaque Samuelem apparuit, &, ut appareret, addidit: quia qui ab electorum mentibus in igne terroris aspicitur, in nube etiam dulcedis exhibetur. Ignis namque visio nem intus viderat, qui nunciabat foris, dicens: *Sanctum & terribile nomen ejus.* In igne item eum visum ostendere cupiens, ait: *Venite, & videite opera Domini, terribilis in consilii super filios hominum.* Sed qui ei in igne apparuit, ut appareret addidit: quia suavitatem gloria, & dulcedis sua, ei etiam de nube propinavit. Quare & exhilaratus, qui territus fuerat, dixit: *Quam magna multitudo dulcedinis tua Domine, quam absconditis timentibus te.* Hinc item additum apparitionem admirans, ait: *Quam bonus Israel Deus noster, qui recte sunt corde.* Sed attente considerandum est, quod subiungitur: [*Iuxta verbum Domini.*] Verbum ergo Domini cognoscendum est, antequam ad apparitionem Domini pertingere meatur: ne in iusta & indiscreta visio ignis & nubis, non solum nobis perfectionem non ostendat celestis itineris, sed ad submersionem erroris nos impellat. Origenes quippe, dum apparentem Dominum, sine verbo Domini videre voluit, visionem nubis inordinatè confinxit: quia ignis apparitionem horruit. Nam dum, abnegata vel minutâ iustitia Dei, superfluan ejus clementiam prædicaret, ase-

G. ij

Pf. 110. b
Pf. 63. a
Pf. 72. a

ruit, quod non solum omnibus damnatis hominibus parceret, sed etiam de aeterna pena reprobos angelos quandoque liberaret. Novatus autem ignis alpicere visionem amplius amavit, qui dum severam omnipotentis Dei iustitiam implacabilem diceret, spe venie consequendae, & paenitentia omne reditum peccatoribus abstulit. Nec Novato igitur, nec illi alij Dominus apparuit: quia uteque eorum juxta quod per veritatem sacri eloquij cernitur, omnipotens Dominus non conspexit. Tunc ergo juxta verbum Dominus apparet, cum ea ostensione senti revelat, quam sacre Scripturae fides non probat. Unde & apte subjungitur:

Et venit sermo Samuelis in universo Israeli.

Hæreticorum quippe sermo non venit. Novarium sermo fuit: quia justus Deus semel lapsi fidelibus nequaquam parcit. Origenis sermo fuit: quia misericors Dominus nullam creaturam rationalem perire per aeternam damnationem sinit. Sed quia

conversi ad Dominum peccatores, nequaquam pertinent, & semel lapsi angeli, & in peccato suo mortui peccatores numquam salvantur, hæreticorum profecto sermo non venit. Sermo igitur Samuelis venit in universo Israeli; quia Catholici viri prædictio compleatur, qua in veritate sacri eloquij recte cognoscitur. Et notandum, quia ejus sermo venisse dicitur, cui visionem suam Dominus addidisse perhibetur: quia nimur ejus prædicatio vera est, cui sic divina iustitia terror ostenditur, ut benignitas ejus abundans gratia non celetur: videlicet ut mentem videntis sic conspecta veritas terreat, ut etiam offensa benignitas mentem tristitiam in desperationem cadere non permittat: ut sic de benignitate præsumat, quatenus ad prævaricationis aufum non proruit. Hæc autem in secundo libello præsentis operis disputata sufficiunt: ut dum ea, quæ sequuntur, novo principio inchoare disponimus, dicendi etiam studium per devotionem renovetur.

LIBRI TERTII

CAPUT PRIMVM.

GUM sacra historiæ sensus qualiter electorum moribus conveniret studiosè quereremus, allegoria ordinem repetere exponendo distulimus. Ut ergo ea, quæ omisissæ cernimur, suppleamus, queritur: Quid est, quod dum Samuel ministrare Domino coram Heli memoratur, pretiosus sermo Domini esse describitur? Sed, sicut superius est dictum, per Samuelem prædicatores sanctæ Ecclesiæ, per Heli etiam electi patres testamenti veteris designantur. Puer ergo Samuel ministrabat Domino coram Heli, cum novus doctorum ordo Redemptoris fidem prædicabat. De quo nimur ministerio. Paulus loquitur, dicens: *Quamdiu sum Gentium Apostolus, ministerium meum honorisabo.* Hinc iterum Rom. 11. b dicit: *Hebrei sunt, & ego: Israelite sunt, & ego: ministri Christi sunt, & ego.* Ministrare ergo Domino, in laborem prædicationis pergere est. Quod profecto ministerium Samuel coram Heli Domino impendisse dicitur: quia quidquid de religione novæ fidei, novus prædicatorum ordo asservit, hoc patrum veterum auctoritate roboravit. Domino quippe ministrabat Samuel, quando novus prædicator asserebat, dicens: *Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, gentes autem super misericordia honorare Deum.* Qui profecto ut ministerium, quod Domino exhibebat, coram Heli quoque impenderet, adjunxit, dicens: *Sicut scriptum est: Laudate omnes gentes Dominum,* Ps. 116. a *& collaudate eum omnes populi.* Et ut se arctius coram Heli in ministerio Domini coherberet, adjunxit: *Ezras enim dicit: Erit radix Iesse, qui exireget regere gentes, in eum gentes sperabunt.* Puer Samuel Domino ministrabat, cum Dominica Resurrectionis gloriam Petrus assereret, dicens: *Iesum Nazarenum vi- rum approbatum à Deo in vobis signis & prodigiis, iraditum per manus impiorum interremisisti, hunc Deus suscitavisti a mortuis præsinto consilio tertia die, scut impossibile erat teneri eum doloribus inferni.* Sed hoc ministerium, quod Domino exhibuit, etiam coram Heli exhibuit, quia subjunxit, dicens: *David enim dicit: Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec abas sanctum tuum videbere corruptionem.* Coram Heli itaque Samuel ministrare Domino apte dicitur: quia electi sanctæ Ecclesiæ prædicatores, dum statum novæ fidei prædicando erigerent, quod ratione allitterare conacei sunt, patrum veterum auctoritate firmaverunt. Et tunc quidem sermo Do-

mini pretiosus fuisse perhibetur. Pretiosa quippe res parvo pretio emi non potest. Pretium autem, quo sermo Dei emitur, labor est sanctæ operationis. Volut enim rem, quam habere volumus, pretio emimus, cum per sermonem prædicationis, quem accipimus, laborem operis exhibemus. Tunc autem erat sermo pretiosus, cum pro qualcumque labore operis non dabatur: cum omnis, qui emptorem sermonis interficiebat, obsequium Deo se prestare cogitabat. Eo igitur tempore sermonis emptor multo pretio eguit: quia sine magno labore verbum fidei servare non potuit, qui pro eo, quod creditit, ad tormenta pervenit. Tempus namque tunc erat, quo is, qui emebatur, sermo non typo figuratae mortalitatis, sed aperte locutionis præcepto hortabatur, dicens: *Qui vult venire post me, tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.* Hinc item dicit: *Qui autem amat parem, aut matrem plus quam me, non est me dignus.* Et: *qui non renunciaverit omnibus, qua d possidet, non potest meus esse discipulus.* Itaque cum ministerium Samuelis asseritur, pretiosus sermo Domini esse perhibetur: quia profecto inter initia fidei illi, qui prædicantibus aeterna vita doctribus crediderunt, pro accepto verbo fidei, magni laboris opera expendisse credendi sunt. Et quia Judaicus populus jam lumen divina cognitionis amiserat, sequitur:

In diebus illis non erat visio manifesta.

Manifesta namque visio ejus esset, si in Redemptorem, quem ad visitationem suam venisse audierat, credidisset. De qua nimur ejus cæcitate subjungitur:

Factum est autem, Heli jacebat in loco suo, nec poterat videre lucernam Dei, antequam extingueretur.

Visio namque Heli manifesta non est, quia Judæorum sacerdotium in perfidia sua cæcitate sepultum est. Heli ergo jacet in loco suo, quia & litteram legis habet, & in lege & prophetis non habet statum luminis, sed lapsum cæcitatatis. Locus namque Heli videlicet Judaici prædicatoris sacra lex est. Quia ergo Judaici sacerdotium adhuc sacram Scripturam habet, in loco suo est. Et quia virtutem sanctæ Scripturæ nesciens, ad statum fidei non erigitur, nimur in loco suo non stare, sed jacere perhibetur. Quia item usque ad mundi finem pro-